MASTER NEGATIVE
NO. 93-81608-4

AUTHOR:

LANDWEHR, HUGO

TITLE:

DE PAPYRO BEROLINENSI NO. 163

PLACE:

BEROLINI

DATE:

1883

Master Negative #

93-81608-4

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Landwehr, Hugo, 1859-
De papyro Berolinensi no. 163. Quaestiones ad historiam Atheniensium vetustiorem pertinentes. Dissertatio inauguralis quam ... publice defendet auctor Hugo Landwehr ... Berolini, Perthes, 1883
38 p. facsims., 21½ cm.

Thesis. Berlin. 1883.

174764

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 9x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7-23-93 INITIALS SS
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN
ENTRY: LANDWEHR, HUGO
De papyro Berolinensi no. 163

Bibliographic Irregularities in the Original Document
List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

_____ Page(s) missing/not available: __________

_____ Volumes(s) missing/not available: __________

✓ Illegible and/or damaged page(s): 29-34

_____ Page(s) or volumes(s) misnumbered: __________

_____ Bound out of sequence: __________

_____ Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: __________

_____ Other: __________

BEST COPY
AVAILABLE

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE
PAPYRO BEROLINENSI
N°. 163.

QUAESTIONES AD HISTORIAM ATHENIENSIUM
VETUSTIOREM PERTINENTES.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XXI. M. APRILIS A. MDCCCLXXXIII
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

HUGO LANDWEHR
HALBERSTADENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:
O. GÜLDE, DR. PHIL.
E. MEYERSTEIN, CAND. PHIL.
O. SEELÄNDER, CAND. PHIL.

ADIECTAE SUNT TABULAE DUAE.

BEROLINI MDCCCLXXXIII.
TYPIS EXPRESSIT FR. A. PERTHES GOTHANUS.

Omnibus viris doctis, quicunque in antiquitatibus graecis operam consumpserunt, notissimus est liber Aristotelis, qui inscribitur *πολιτεῖαι*, quem periisse vehementer dolemus, cum fragmenta huius operis, quae et a scriptoribus Imperatorum aetatis et a grammaticis servata sunt, dilucide demonstrent, nos, si esset in manibus ille liber, multo accuratius antiquitates graecas tractare posse. Etenim Aristoteles de rebus publicis centum duodesexaginta, ut est apud Diogenem Laertium (V, 27: *πολιτεῖαι πόλεων δυοῖν δεουσαῖν ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν, καὶ ἰδίᾳ δημοκρατικαὶ, ὀλιγαρχικαὶ, ἀριστοκρατικαὶ καὶ τυραννικαί*) et Anonymum Menagii (*βιόγρ.* ed. Westerm. p. 404: *πολιτείαι πόλεων ἰδιωτικῶν, δημοκρατικῶν καὶ ὀλιγαρχικῶν ρνη'*), de ducentis et quinquaginta, ut est apud Ammonium (*βιόγρ.* ed. Westerm. p. 401: *ἀμέλει καὶ συνώδευσεν αὐτῷ* (scil. *Ἀριστοτέλης Ἀλεξάνδρῳ*) *μέχρι καὶ ἔσω τῶν Βραχμάνων, ἔνθ' ἔστησε τὰς σνε' πολιτείας*) disputavit [1]). Quo libro amisso accidit, ut nos in antiquitatibus graecis enarrandis imprimis res publicas Lacedaemo-

1) Herbelot in Bibliothèque orientale p. 971 haec: „Ketab Siassat Almoden, titre du livre des républiques d'Aristote traduit en arabe dans lequel, suivant Hagi-Khalfah, il fait mention de cent quatre-vingt onze villes ou républiques différentes et de leur état démocratique.“ Quid de hoc scriptoris cuiusdam Arabici iudicio sit statuendum, in medio relinquamus. Attulimus nihil nisi locos gravissimos, uberrime de hac re disputavit Valentinus Rose, Aristoteles pseudepigraphus (Lipsiae 1863), p. 394 sqq. et Heitz, Die verlorenen Schriften des Aristoteles (Leipzig 1865), p. 236.

niorum et Atheniensium tractemus, cum de his solis scriptores tam multa tradiderint, ut fieri possit, ut cogitatione imaginem harum rerum publicarum fingamus. Praeterea autem non est negligendum, illos quoque scriptores de temporibus vetustioribus nihil nisi haec vel illa memoriae prodidisse; quae quanta sint auctoritate, intelligimus, si forte quadam factum est, ut Herodotus et Thucydides, quibus summam in historia enarranda fidem adiungere solemus, eadem narrent. Itaque magno emolumento est, partem quandam casu felici operis graeci repertam esse, quae iudicio virorum doctorum est fragmentum libri Aristotelici supra nominati. Blassius enim in Hermae volumine XV (1880, p. 366 sqq.) duas papyri graeci particulas publici iuris fecit, quas a. 1879 museum Berolinense Aegyptiacum in Aegypto repertas emit. Crocodilopoli, quae nunc vocatur Fayum, multi papyri manuscripti sunt reperti et graeci et latini et coptici et syriaci et arabici et hebraici et persici. (Mirum quantum confusionis linguarum!) Quod attinet ad codices graecos, varii sunt et chartacei et membranei. Chartacea sunt fragmenta, de quibus nos dicturi sumus et quae Blassius l. l. nullo certo argumento, sed nonnullis rebus, quas forte quadam invenit, commotus Theopompo adscripsit, qui in extrema parte libri X Philippicorum haec de rebus Atheniensium publicis narravisset. Sed Bergkius, qui iterum hanc rem in musei Rhenani volumine XXXVI n. s. (1881, p. 87 sqq.) tractavit, et Blassium valde erravisse et fragmentum II[a] (sicuti ego fragmenta ordinavi) Aristotelis esse demonstravit. Quicunque autem Bergkii disputationem perlegit, eum putare oportet, virum hunc doctissimum malle existumare, haec fragmenta esse excerpta ex Aristotelis opere supra allato, quam codicem operis Aristotelici ipsum. Blassius tamen disputatione Bergkii lecta statim in Hermae volumine XVI (1881, p. 42 sqq.) contendit, fragmenta esse e codice Aristotelico servata. Commentationum Blassii et Bergkii censuram scripsit Franciscus Susemihl (Bursian, Jahresbericht über die Fortschritte der klass. Altertumsw. XXX 1882 I, p. 20—22).

Cum autem et Blassius certis argumentis nondum demonstrare videatur, fragmenta non esse excerpta et res, quae in fragmentis narrantur, et a Blassio et a Bergkio non satis accurate sint tractatae, praeterea cum Gilbertus (Handbuch der griechischen Staatsaltertümer I, Leipzig 1881, p. 123 sqq.), quamquam quanta auctoritate haec fragmenta sint, recte intellexit, res tamen, quae in papyro hoc tractantur, obiter enarraverit, rem denuo retractare suscepimus. Huc accedit, quod textum ipsum a Blassio editum nonnullis locis corrigendum esse papyro iterum ac saepius inspecto perspeximus.

Propositum igitur mihi est, et textum denuo collatum publici iuris facere apparatu critico plenissimo, quoad fieri potest, adiecto et res, quae in papyro hoc traduntur, enarrare et emendare, qua in re dissertationis pars maior versabitur.

Licet mihi hoc loco gratias agere quam maximas Jo. Gust. Droyseno et Jo. Droyseno, praeceptoribus dilectissimis, quorum utrumque mihi, cum hanc dissertationem componerem, insigni benignitate nunquam non adfuisse laetabundus profiteor. Praeterea Ludovicus Stern, musei Berolinensis Aegyptiaci custos, summa liberalitate permisit, ut papyros graecos Crocodilopoli repertos inspicerem.

I.

Disputatio critica.

§ 1.

Adnotationes palaeographicae.

Scripta sunt fragmenta in papyro fusco atramento badio, quo fit, ut verba multa cum difficultate legantur. Licet igitur ad tabulas autographicas, quas adieci, emendandas nonnullas notas palaeographicas subscribere.

Α omnibus locis eadem forma extat.

Β superior pars litterae, quae reliquarum litterarum magnitudinem superat, maior est quam inferior.

Ε saepius cum littera, quae sequitur, media linea longiore facta coniungitur.

Θ angusta est et magnitudine superat ceteras litteras.

Κ calamo bis in papyrum directo videtur scripta esse.

Λ multis locis litterae δ simillima est.

Ξ formam huius litterae, quae extat in fr. II ^{b}, l. 13, praebet quoque papyrus Hyperidis orationis pro Euxenippo habitae col. XVIII, l. 13. Aliis locis ut fr. I ^{b}, l. 5 legitur forma huius litterae usitata.

Ο multo minor est ceteris litteris.

Ρ varie scribitur cf. fr. I ^{a}, l. 6 et fr. II ^{a}, l. 7.

Τ cathetus litterae interdum ut fr. II ^{a}, l. 7. libramentum dividit.

Φ circulus magnitudinis eiusdem est ac littera.

Ω spatium maius obtinet quam reliquae litterae.

Litterae sunt elegantes et multa cum diligentia scriptae.

Mensuras papyri invenies apud Blassium (Hermes XV 1880, l. l.) [2]).

Argumentis et indiciis, quae res palaeographicae praebent, commotus Carolus Graux Parisiensis, quem Blassius de his rebus certiorem fecit, papyrum hunc ponendum esse inter Iliadem Bankesianam et papyrum Hyperidis iudicavit neque papyrum hunc post saeculum alterum post Chr. scriptum esse putavit. Rectissime iudicavit vir doctissimus, nam, si contemplamur in universum litteras, approbare oportet nos sententiam hanc. Codicem vetustissimis, qui servati sunt, adnumerandum esse colligi potest et e forma litterarum *H*, *Ξ*, *O*, *Y* et ex iota neque adscripto neque subscripto. Itaque omnium papyrorum, qui Crocodilopoli reperti sunt et adhuc publici iuris facti, Aristotelicus codex est vetustissimus.

Fragmenta, quae tractamus, utriusque partis ab eadem manu sunt scripta, ut conicere nos oporteat, ea esse e codice quodam excisa. Qualis autem hic codex fuerit, diiudicare difficillimum est. Nam nulla extant argumenta, quibus demonstrare possumus codicem continuisse Aristotelis politias omnes aut politiam Atheniensium solam. Ego quidem suspicor, nobis servatum esse codicem libri *Ἀθηναίων πολιτείας*. Nam scimus has vel illas politias seorsum divulgatas esse (Cic. ad Att. II, 2, 2. Phot. bibl. p. 104 ^{b}, 42 Bekker). Praeterea observandum est, in catalogo, quem publici iuris fecit Zündelus (Rhein Mus. n. s. XXI, p. 431), ita commemoratam esse politiam Atheniensium, ut putare possimus

2) Cf. Theod. Birt, Das antike Buchwesen (Berlin 1882), p. 257—279.

eam solam in hac bibliotheca fuisse (cf. Bergkium l. l., p. 114, not. 1). Codices chartacei multis annis a. Chr. ab Aegyptiis scribebantur, quorum in museo Leidensi exempla servata sunt, quae in editione papyrorum hieraticorum publici iuris fecit Chabas (Mélanges Égyptologiques comprenant onze dissertations sur différents sujets. Châlons-sur-Saône et Paris 1862), in monumentis Aegyptiacis Leidensibus a Leemansio editis, nr. 343. 345. 369. Ulpianus quoque in libro XXIV ad Sabinum misso (corp. iuris civ. l. 52 pr. de legat. et fide III) codices chartaceos ita commemorat, ut eiusdem aetate usitatissimi esse videantur [3]). Itaque ex hac codicis forma nemo quidquam colligere potest, quo refutet ante annum CC hunc librum scriptum esse. Sed etiam posteriore aetate codices chartaceos usurpatos esse colligitur ex Hieronymi epistula ad Lucilium, quae anno CCCLXXXXVIII scripta est (ed. Migne, nr. 71, p. 671 [a]: opuscula mea quae non sine merito, sed bonitate tua desiderare te dicis, ad describendum hominibus tuis dedi et descripta vidi in chartaceis codicibus). Et nunc quidem extant papyri huius aetatis, ut papyrus graecus, qui continet res ad chemiam pertinentes, quem Reuvensius (Lettres à Letronne, p. 65) edidit et Constantini temporibus scriptum esse putat.

§ 2.
Textus fragmentorum cum adnotatione critica.

Frg. I[a].

σαμαν. [σ]υμμαρτυροίην τα[ῦτα ἐν δίκῃ χρόνου]
μήτηρ με[γίστη] δαιμόνων Ὀλ[υμπίων ἄριστα γῆ]

3) „Librorum appellatione continentur omnia volumina sive in charta sive in membrana sint sive in quavis alia materia: sed et si in philyra aut in tibio (ut nonnulli conficiunt) aut in quo alio corio, idem erit dicendum, quod si in codicibus sint membraneis vel chartaceis vel etiam eboreis vel alterius materiae vel in ceratis codicillis, an debeantur videamus." Cf. quae de hoc loco disputavit Theodorus Birt, Das antike Buchwesen (Berlin 1882), p. 98.

ἡ μέλα[ι]να, τ[ῆ]ς ἐγώ ποτ[ε ὅρ]ους ἀ[νεῖλον πολλα-]
χῆ πεπηγ[ότ]ας. πρόςθεν δὲ δου[λεύουσα, νῦν]
ἐλεύθερα . πολλοὺς δ᾽ Ἀθήνας πα[τρίδ᾽ εἰς θεόκτιτον]
ἀνήγαγον π[ρ]αθ[έ]ντας, ἄλ[λο]ν ἐκδ[ίκως, ἄλλον δι-]
καίως, τοὺς δ᾽ ἀναγκαίης ὕπο χρεσ[μὸν λέγοντας, γλῶσ-]
σαν οὐκέτ᾽ Ἀτ[τι]κ[ὴ]ν ἱέντας, ὡς ἂν [πολλαχῆ πλα-]
νωμένους, τοὺς δ᾽ ἐνθάδ᾽ [αὐ]τοῦ δουλ[ίην ἀεικέα]
ἔχοντας, ἤθ[η] δεσποτῶν τρομευμ[ένους, ἐλευθέ-]
ρους ἔθηκα· ταῦ[τα] μὲν κρ[ά]τη ὁμοῦ [βίαν τε καὶ δί-]
κην συναρμό[σ]ας [ἔρε]ξα καὶ διῆλθον [ὡς ὑπεσχό-]
μ[ην. θεσ]μὸν δ᾽ ὁμοίως τῷ κακῷ [τε κἀγαθῷ εὐθεῖ-]
αν εἰς ἕκαστο[ν] ἁρ[μ]όσας δίκην ἔ[γραψα. κέντρον
δ᾽ ἄλ[λ]ος ὡς ἐγὼ λαβὼ[ν κακοφραδής τε καὶ φι-]
λοκτήμων ἀ[ν]ὴρ, οὐκ ἂν κα[τέσχε θυμόν — [4]) εἰ]
γὰρ ἤθελ[ο]ν ἃ[τοῖς ἐ]ναν[τίοισιν ἥνδανεν τότε]
αὖτ[ις δ᾽ ἐ]νηᾶ [συ]ν[ετάροις δρᾶσαι, διὰ πολλῶν ἂν]
ἀνδρῶν ἥ[δ᾽ ἐχειρώθη πόλις.]

A linea 5 usque ad lineam 16 omnia facile legi possunt, sed a linea 17 usque ad finem in dextera papyri parte litterae sunt valde detritae, vix ut una alterave littera legi possit.

l. 1. Litteras, quas in tabula adiecta exscripsi, Blassius non vidit. Quaenam inter ρ et κ littera scripta sit, difficile est dictu, quia circulus aliquantum supra lineam videtur fuisse. Litterae α post κ positae nil nisi prima pars servata est.

l. 2. Litterae ε superior pars est servata.

l. 3. Loco prioris δ primum legi α, quae litterae in papyro nonnullis locis sunt simillimae. Huc accedit, quod quispiam verbis certare potest, num sit loco ε legendum κ, cum in papyro ιc scriptum sit (conferas tabulam), sed ita ut diiudicare non possimus, num prior pars litterae sit papyri naturae proprium. Ea, quae secuntur, nullo modo

4) Conferas p. 14.

investigari possunt, cum papyri color multo fuscior sit, quam atramentum.

l. 4. Litterarum *νη*, quas edidit Blassius, nulla invenio vestigia, sed in hac linea *α* supra *τ*, quod legitur in *συμμαρτυροίην*, scriptum est.

l. 5. Postremae litterae *α* prior modo pars est servata.

l. 7. *τ* vocabuli *τῆς* multo labore legitur, sed *ς* in *δρους* omnes dubitationes vincit. Post quae verba litterae *α* prior pars invenitur.

l. 8. Inter *χη* et *πεπηγότας* scriba spatium posuit, ut significaret haec duo esse vocabula.

l. 9. Litterae *πα* in extrema lineae parte dubitationem non habent.

l. 10. Litterae *π* prior pars est servata. In eodem vocabulo *ϑ* est incertius.

l. 15. Verba *μὲν κράτη* difficillime legi possunt, sed constat scripta esse *κρ. τ.*

l. 16. Utrum *ἔρεξα* an *ἔῤῥεξα* scriptum sit, vix diiudicari potest, quanquam si spatia litterarum contemplamur, multo veri est similius *ἔρεξα* in codice esse scriptum quam *ἔῤῥεξα*.

l. 17. *δ᾽ ὁμοίως* difficile legere potuimus, verba autem *τω κακω* multo sunt dilucidiora.

l. 22. Quae Blassius exscripsit, sine dubio recta sunt et demonstrant non eadem esse ac quae leguntur apud Aristidem *περὶ τοῦ παραφϑέγματος* ed. Dindorf, p. 536 sqq.

Quod attinet ad verba explenda Blassium, qui ex Solonis carmine, quod ab Aristide rhetore l. l. est servatum, haec fragmenta hausta esse recte intellexit, sequi possumus duobus locis exceptis. Si enim litteras singularum linearum numeraverimus, inveniemus in omnibus lineis inter 35 et 41 litteras (saepissime 35 et 36) scriptas esse exceptis, ut Blassius edidit, lineis 6. 8. 20. In reliquis partibus huius papyri eundem usum paulo infra demonstrabimus. Quod in linea 8 litteras 33 inveniemus, propterea fortasse factum est, quia spatium est inter *χη* et *πεπηγότας*, ut paulo supra adnotavimus. Si autem in linea 6 sunt 34 litterae, suspicio non abest, quin Blassius recte verba expleverit. Apud Aristidem l. l. enim legimus *ἄριστα γῆ μέλαινα*, quorum verborum papyrus praebet *η μελα. να.* Blassius igitur coniecit pro *γῆ μέλαινα* papyrum praebere *ἡ μέλαινα*. Mea quidem sententia haec cunctanter a Blassio conici possunt, cum extrema lineae 6 pars non sit servata et fortasse quispiam sic verba explenda esse: *Ὀλ[υμπίων γ]ῆ μέλα[ι]να* in animo habere possit. Attingo haec, quia vir doctissimus Bergkius l. l., p. 100 in fr. I [b], l. 11 verba sic explevit: *ΤΑΠΡΟC ὁλωνος* (post C est exitus lineae). Cui Blassius l. l. XVI, p. 48 obiecit, in papyris graecis litteras singulas hunc in modum dividi non posse. Quae sententia verane sit necne paucis exemplis e papyris graecis, qui sunt in bibliotheca Parisina, quos quidem inspexerim, demonstrabo.

Grammatici, quos Blassius l. l. scribam huius papyri secutum esse putat, has regulas divisionis syllabarum praecipiunt [5]), quas exemplis adpositis dilucidiora reddam:

1) *ἔ|χει, ἱ|κα|νόν* ita ut consonans inter duas vocales cum vocali posteriore coniungatur.
2) *ἄ|κμη, δε|σμός, φά|τνη, δη|γμός* ita ut duae consonantes, si inter vocales sunt, in linea, quae sequitur, scribantur.
3) *ἔ|σϑλος, ἐ|χϑρός* ita ut tres consonantes, si inter vocales sunt, cum vocali, quae sequitur, coniungantur.
4) *ὥς|περ, συν|τρίβω* verborum compositorum syllabae semper secundum etymologiam dividuntur.
5) *γαλή|ν᾽ ὁρῶ, πα|ρ᾽ αὐτοῦ.* elisione vocalis facta consonans extrema verbi prioris coniungitur cum verbo, quod sequitur.

Sed quomodo cum his grammaticorum doctrinis papyri congruunt? In fragmento dialectico has invenimus divisiones:

---

5) Anecdota graeca e codd. reg. ed. J. B. Boissonade.

Col. III, l. 12: *ἀπέφασ|κεν.*
Col. XI, l. 23: *οὐ|κ ἦς ἀνὴρ ἄγροικος.*
Col. VI, l. 5: *λε|χθείη.* l. 18: *οὐ|δ᾽ ἔτι.*
Col. VII, l. 16: *ἀ|πεφήνατο.* l. 21: *ἀ|ποφαίνοιτ᾽ ἄν.*
Col. XI, l. 7: *ἔσ|τιν.* Col. I, l. 26: *ἔ|στιν.*
Col. XIII exit. *ὅτ|* Col. XIV init. *τι.*

Quorum exemplorum adversantur grammaticorum regulis *ἀ|πεφήνατο*, ubi *ἀπ|εφήνατο* exspectamus et *ἔσ|τιν*, ubi *ἔ|στιν.*

Papyrus XVII (tab. XXI) eiusdem bibliothecae (est instrumentum emptionis anno CLIV p. Chr. factae) hoc praebet exemplum l. 13: *πα|ρόντος*, ubi *παρ|όντος* exspectamus.

Multo graviora sunt exempla e papyris XXX et XXXII bibl. Paris. hausta. Pap. XXX (tab. XXIX) l. 24: *μηδὲ|ν ἀντιπεσόν.* Pap. XXXII (tab. XXX), l. 3: *ἀδελ|φοῖς.* l. 27: *ἀδε|λφοῖς.* l. 32: *ἀσπ|ασώμεθα.* Quorum exemplorum divisiones *ἀδελ|φοῖς* et *ἀδε|λφοῖς* et *ἔ|στιν* et *ἔσ|τιν* supra commemoratae suspicionem commovent, librarios illos certam et definitam regulam grammaticam non secutos esse, sed litterarum talem divisionem instituisse, qualem spatium linearum postulavit ut illud *μηδέ|ν.* Quae quamquam exempla extant, nos tamen divisioni *γ|ῆ μέλαινα* et *τὰ πρὸ Σ|όλωνος* assentiri prius non possumus, quam exempla eiusmodi usus ex papyris graecis subtiliter scriptis, sicuti hic codex Aristotelicus, afferuntur.

Licet mihi nonnulla exempla addere e papyris, qui ante annum CC p. Chr. scripti sunt, collecta. In Eudoxi codice (pap. I. bibl. Paris. tab. II) col. 8, l. 7: *δύνε|ι*, sed tabula lithographica videtur non satis accurate facta esse, quia *ν* nullo spatio interposito sequitur verbum *μεθίσταται.* Adnotatum est ab editore: „on a pu remarquer que le scribe de notre papyrus n'observe dans la compure des mots à la fin des lignes aucune des règles adoptées plus tard par les calligraphes grecs. Ainsi non-seulement il ne suit pas la division par syllabes, mais il partage même, comme

ici, les diphthongues", ibid. l. 17: *ἕκασ|τον.* Col. XIV, l. 9: *ἀποσ|χῇ.* Col. XVI, l. 9: *μόρ|ια.* Col. XVII, l. 26: *ἄσ|τρων.* In aliis papyris, quos ante annum CC p. Chr. scriptos esse constat, haec inveni exempla: Pap. XXXI bibl. Paris. l. 10: *δίδοσ|θαι.* Pap. XXXV bibl. Paris. l. 12: *πασ|τοφόρων.* Pap. XL bibl. Paris. l. 13: *παραγίνεσ|θαι.* l. 46: *ἔμπροσ|θεν.*

Alius generis sunt haec exempla: Pap. XXXVIII bibl. Paris. l. 11: *διαπεπρα|γμένοι.* Pap. XXXIX bibl. Paris. l. 13: *πρα|γματείας.* Pap. XL bibl. Paris. l. 41: *ἀντιπατάσσ|οντες.* Pap. LXII bibl. Paris. col. I, l. 11: *πραχθ|ήσεσθαι.* Pap. LXIII bibl. Paris. col. VII, l. 13: *τὰ|ς ἀποσκευάς.* col. IX, l. 5: *τὸ πλ|εῖστον.* l. 9: *ἀποσφ|αλῆναι.*

Afferri nullo modo debet exemplum ex Hyperidis oratione pro Euxenippo habita haustum, ubi in fine col. XIX scriptum est *οὐδε*, col. XX incipit a littera *ν*, quae cum iis quae antecedunt, coniungenda est. Sed haec mirifica divisionis ratio orta est e correctura, nam antea scriptum erat *οὐδε|νί.* Librarius autem cum correxisset vitium, non vidit litteram illam *ν* ad columnam, quae antecedit, adscribendam esse. Huc accedit, quod in papyro Hyperidis semper regulae illae grammaticorum, quae sunt de divisione litterarum, observantur.

Ex exemplis autem, quae exscripsimus, colligi potest alios librarios regulas illas grammaticorum secutos, alios non secutos esse. Si igitur diiudicare volumus, num illa Bergkii coniectura recta sit, videamus, quam rationem in ceteris lineis librarius hic secutus vit. Quo facto inveniemus eum in universum regulas grammaticorum illas secutum esse. Nam semper verba ita dividuntur, ut ex nulla divisione quidquam colligi possit, quo confirmatur Bergkii coniectura.

Negari tamen non potest suum habere ius coniecturam illam *ἄριστα γῆ ἡ μέλαινα*, ut linea 6 sit explenda: *Ὀλ[υμπίων ἄριστα γῆ].* Quam si lectionem probemus, putare nos

oportet, errore librarii, quod mihi videtur verisimillimum, factum esse, ut in linea 7 *η* repeteretur.

Sed linquamus haec. Multo alia est ratio lineae 20, in qua numerantur litterae 31. Quae verba non recte Blassium explevisse primus vidit Bergkius (l. l. p. 115, not. 2), qui quamquam numerum litterarum in singulis lineis scriptarum non adhibuit ad coniecturam suam comprobandam, recte tamen intellexit aliquid esse supplendum ut *εἶτα φησίν* vel *εἶθ᾽ ὑποβάς*. Aristoteles in libro, qui inscribitur *ποιητική*, simili loco *ἅμα δέ φησιν* usurpat, quod hoc loco inserere non a veritate abesse videtur. Sed priusquam ad hanc quaestionem diiudicandam accedamus, alia res, ad quam comprobandam Bergkius coniecturam illam proposuit, nobis est exponenda.

Bergkius enim versus illos Soloneos ex Aristidis libro *περὶ τοῦ παραφθέγματος* exscriptos esse putat [6]. Ad quam sententiam refutandam paulo altius repetam. Praeter Aristidem Plutarchus quoque in vita Solonis hos versus attulit (cc. 15. 16). Qui postquam exposuit plurimos scriptores *σεισάχθειαν* quae vocatur esse *τῶν συμβολαίων ἀναίρεσιν* existumare, quae sententia Solonis quoque carminibus comprobaretur, his fere verbis pergit: *σεμνύεται γὰρ Σόλων ἐν τούτοις, ὅτι τῆς τε προυποκειμένης γῆς*

ὅρους ἀνεῖλεν πολλαχῇ πεπηγότας
πρόσθεν δὲ δουλεύουσα, νῦν ἐλευθέρα [7]).

Versuum, qui secuntur, Plutarchus sententiam affert: *καὶ τῶν ἀγωγίμων πρὸς ἀργύριον γεγονότων πολιτῶν τοὺς μὲν ἀνήγαγεν ἀπὸ ξένης*

γλῶσσαν οὐκέτ᾽ Ἀττικήν
ἱέντας ὡς ἂν πολλαχῇ πλανωμένους·

---

6) l. l. p. 115: „Die Verse Solons, wer auch immer dieselben eingeschaltet haben mag, sind wahrscheinlich aus Aristides abgeschrieben.“

7) In codicibus Plutarcheis pro *πολλαχῇ* legitur *πολλαχοῦ* et pro *δουλεύουσα, νῦν ἐλευθέρα* — *δουλεύουσαν νῦν ἐλευθέραν*.

τοὺς δ᾽ ἐνθάδ᾽ αὐτοῦ δουλίην ἀεικέα
ἔχοντας

ἐλευθέρους φησὶ ποιῆσαι. Cum autem Solo apud nullam factionem valuisset, quia omnes maiora exspectarent, factum esse, ut omnibus civibus suspiciosus fieret: *καίτοι φησὶν, ὡς, εἴ τις ἄλλος ἔσχε τὴν αὐτὴν δύναμιν,*

οὔτ᾽ ἂν κατέσχε θυμὸν [8] *οὔτ᾽ ἐπαύσατο*
πρὶν ἂν ταράξας πῖαρ ἐξέλῃ γάλα.

Quae si Plutarchea cum iis, quae attulit Aristides, comparaverimus, inveniemus in versibus extremis scriptores inter se differre. Nam Aristides nihil citat nisi *οὐκ ἂν κατέσχε δῆμον* et nonnullis verbis de suo additis pergit *εἶτα τί φησιν ὁ Σόλων; εἰ γὰρ ἤθελον κτλ.* In editione poetarum lyricorum graecorum Bergkius putavit a Plutarcho veram carminis formam servatam esse et „versus, qui apud Aristidem secuntur, ut ex eodem carmine esse, ita pauca tantum intercidisse“ (p. 351, edit. II). Blassius autem demonstrare studebat secundum papyrum hunc fragmenta illa ambo ab Aristide tradita inter se coniungenda esse et verba *οὐδ᾽ ἐπαύσατο — γάλα* paulo infra in carmine posita a Plutarcho his versibus addita esse, cui sententiae argumenta metrica non obstant. Si autem vir doctissimus omnibus argumentis omnibus locis collectis sententiam suam non adprobavit et demonstrare studuit sententiam ex sententia bene pendere, assentiri non possumus. Blassius enim si litterarum, quae in singulis lineis scriptae sunt, numeri rationem habuisset, se non omnia ad verba explenda addidisse sine dubio intellexisset. Nam numeramus in hac linea XXXI litteras, quod iam antea exposuimus. Quaeritur igitur, utrum scriptor, quisquis ille fuit, verba eius generis ut *ἅμα δέ φησι* vel alia interposuerit verbis Solonis nonnullis omissis necne. Quam rem diiudicare non possumus, nisi testimonia adferuntur, quibus comprobatur Plutarchum non satis ac-

---

8) Codices praebeat *δῆμον*.

curate verba poetarum vel scriptorum, quos attulit, reddidisse, quod Blassius ei opprobrio dedit nullo testimonio adposito. Infitiari tamen non possumus verba, quae addidit Plutarchus, bene esse accomodata sententiae versuum, qui antecedunt, cumque numero litterarum satis appareat, in hoc fragmento verba nonnulla fuisse interposita, nil obstat, quin in Bergkii partes transeamus et scribamus: *οὐκ ἂν κατέσχε θυμόν. ἅμα δέ φησι· εἰ γὰρ ἤθελον κτλ.* Sed nullo modo Bergkio concedere possumus, hos versus ex Aristidis libro exscriptos esse. Quamquam primo quidem aspectu mirificum videtur esse, eodem loco et ab hoc scriptore et ab Aristide versus esse interruptos, multis tamen argumentis refutatur sententia illa. Primo quidem loco consideremus, num papyrus et Aristides inter se differant. Ad quam quaestionem diiudicandam varias utriusque lectiones addamus.

	Papyrus.	Aristidis codices.
v. 5.	*συμμαρτυροίην*	*συμμαρτυροίη*
v. 7.	*η μέλα[ι]να*	*γῆ μέλαινα*
	τ[ῆ]ς	*ἧς* (*τῆς* cj. Scaliger.)
v. 11.	*χρεσ[μόν]*	*χρησμόν*
v. 14.	*ἤθ[η]*	*ἤδη* (*ἠδέ* cj. Bachius.)
	δεσποτῶν	*δεσπότας* (*δεσποτῶν Γ.*)
v. 15.	*κρ[ά]τη*	*κράτει* (*κράτη Θ.*)
v. 17.	*ὁμοίως*	*ὁμοίους Γ. Θ.*
v. 22.	*αὖτ[ις]*	*αὖθις*
	[δ᾽ ἐ]νηᾶ [συ]ν[ετάροις]	*δ᾽ ἆ τοῖσιν ἀτέροις.*

Papyrus igitur omnibus locis meliorem praebet lectionem exceptis v. 5 *συμμαρτυροίην* et v. 11 *χρεσμόν*, quod confusione litterarum *ε* et *η*, quae in inscriptionibus graecis illius aetatis, qua codex hic scriptus est, invenitur, factum est. In versu 22 lectio papyri multo differt a lectione codicum Aristidis, quod ex litteris, quae legi possunt, satis intelligere possumus. De reliquis locis nihil est adnotandum. Si igitur Bergkii sententiam comprobare volumus, concedere

nos oportet versus e codice Aristidis optimo, qui nullis mendis affectus erat, exscriptos esse. Quae cum ita essent, nondum varias lectiones versus 22 explicavissemus. Sed quid causae est, qua comprobemus, versus non e codice Soloneo haustos esse? Ad sententiam suam defendendam Bergkius nihil afferre potest, nisi versus eodem loco, quo apud Aristidem, interruptos esse.

Aliam praeterea rem consideremus. Iudicio Caroli Graux, quod iam supra (p. 7) commemoravimus, papyrus inter fragmenta Hyperidis et Iliadem Bankesianam ponendus est neque post saeculum alterum p. Chr. scriptus est. Cum autem fragmenta Hyperidea Blassio auctore (Hermes X, p. 24) circa annum CL p. Chr. scripta sint, papyrus, quem nos tractamus, eodem fere tempore scriptus esse apparet. Sed quomodo haec cum aetate Aristidis congruunt? Aristides enim floruit anno 160 [9]) et librum *περὶ τοῦ παραφθέγματος*, in quo versus illi citantur, non adolescens videtur scripsisse. Si igitur temporum rationes computemus, Bergkii sententia evanescit.

Huc accedit alia res magni momenti. In codice, quem tractamus, nullo modo a lectore diligentissimo versus additi esse possunt, quod infra nonnullis argumentis ex fragmento I[b] sumptis demonstrare studebimus, cum non sit in manibus archetypum, sed apographum. Itaque iam in archetypum versus illi inserti sunt, quod nonnullis annis ante a. CL p. Chr. factum erat. Qua re sententia Bergkii multo magis refellitur et quamquam nulla restat causa, qua commoti ex Aristide versus illos Soloneos exscriptos esse existumamus, Bergkio tamen concedere debemus, post verba *οὐκ ἂν κατέσχε δῆμον* versus interruptos esse. Fortasse scriptor haec propterea fecit, ut lector versibus multis perlectis non fatigaretur, fortasse etiam propterea quod ea quae secuta sunt

9) Vixit ab a. 117 p. Chr. usque ad a. 182 p. Chr., ut exposuit Waddingtonus in mémoires de l'academie des inscriptions XXVI, 1, p. 205 sqq.

apud Solonem, non satis ad sententiam comprobandam necessaria erant. Scriptorem autem lectionem *οὔτ᾽*, quod est apud Plutarchum, in *οὐκ* mutavisse, non licet nobis conicere, nam Bergkius ipse in editione poet. lyr. graec.² p. 351 adnot. crit. non respuit lectionem *οὐκ ἂν κατέσχε δῆμον οὐδ᾽ ἐπαύσατο.* Finem iam huic quaestioni facienti mihi in mentem venit Niebuhrii iudicium, qui valde dubitat, num Plutarchus Solonis carmina ipsa legerit, sed florilegio quodam usus sit [10]). Itaque si in universum Plutarchi in his capitibus ratiocinationem contemplamur, conicere possumus, Plutarchum nescisse versus, quos exscripsit in capite 16, ex eodem carmine Solonis haustos esse, ac quos legimus in capite 15. Videntur autem hi versus *οὔτ᾽ ἂν κατέσχε κτλ.* in libro, quo usus est Plutarchus, aliquo modo coniuncti cum versibus, qui antecedunt: *χαῦνα μὲν τότ᾽ ἐφράσαντο κτλ.*

Frg. Iᵇ.

Μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τῶν
[εὐπατριδῶν] Δαμασίας αἱρ[ε]θεὶς ἄρχων ἔτη δύο
[προστὰς τῆς πόλ]εως ἐξηλάσθη [β]ίᾳ τῆς ἀρχῆς· ἐτά-
[ξαντο δ᾽] ἀ[σ]το[ὶ διὰ] τὸ[σ]τασιάζειν [ἄρχ]οντας ἑλέσθαι
[τέτταρ]ας μὲν εὐπατριδῶν, τρ[εῖς] δ᾽ ἀποίκων, δύο
[δὲ δημι]ουρ[γ]ῶν· καὶ οὗτοι τὸν με[τ]ὰ Δαμασίαν ἦρ-
[ξαν ἐνι]αυτόν. — καὶ δῆλον ὅτι [μ]εγίστην δύναμιν
[εἶχεν δ] ἄρχων· φαίνονται γὰρ ἀ[εὶ στ]ασιάζοντες

10) Vorlesungen über alte Geschichte I, p. 343 sq.: „Obgleich also Plutarch Solon oft anführet, so ist es doch sehr wahrscheinlich, dafs er Citate dieser Art, für Solon sowohl wie für andere schon gröfstenteils aus Florilegien genommen hat, wie etwa das des Stobbaeus. Dafs solche längst vor Joannnes Stobaeus existierten, sieht man aus den Stromateis des Clemens Alexandrinus, die nach locis communibus redigiert sind.“ Cf. B. Niese, Zur Geschichte Solons und seiner Zeit in historische Untersuchungen Arnold Schäfer dargebracht (Bonn 1882), p. 4: „wohl keiner der beiden Autoren (Plutarch und Diogenes) hat die Auslese aus Solons Gedichten selbst gemacht.“

[ταύτης ἕνεκα] τῆ[ς] ἀρχῆς· ὅλως δὲ διετέλουν τὰ πρός-
[θεν] οἱ μὲν [ἀρ]χὴν καὶ πρόφασιν ἔχοντες τὴν
[τῶν] χρεῶν ἀποκοπήν· συμβεβήκει γὰρ αὐτοῖ[ς] γε-
[νέσθ]αι πένησιν· οἱ δὲ τῇ πολιτείᾳ δυςχεραίνοντες
[διὰ τὸ]μεγάλην γ[εγ]ονέναι μεταβολήν· ἔνιοι μέν(τοι)διὰ
[τὴν π]ρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν. ἦσαν δὲ αἱ στάσεις
[τρεῖς μία μ]ὲν τῶν παραλίων, ὧν [π]ρο(ε)ι[στή]κει Μεγα-
[κλῆς δ Ἀλκμέω]νος· οὗτοι δ᾽ ἐδόκουν μάλιστα διώκειν
[τοὺς Πεισιστράτου.]

l. 1. Litterae ξ, quam exscripsit Blassius, nullum inveni vestigium.

Non multum ante litteras *χοντα* circulum quendam supra lineam vidi, quem litterae *α* vestigium esse diiudicare non audeo.

l. 2. Eodem loco, ubi Blassius *λιν* vidisse putat, ego inveni formam ∠, quod fortasse litterae *δ* pars est; quae sequatur littera, dicere non possumus, tum *φ* et *ν*. Prioris litterae *φ* forma valde est abstersa, nam circuli leve vestigium extat, quo factum est, ut Blassius legerit *ι*.

διὰ magna cum difficultate legitur; quamquam quid antecesserit, difficile est dictu, Blassium tamen non recte puto legisse, qui edidit *ηματος*, nam ego, nisi fallor, ante *δια* legi litteram *ω*.

l. 3. Inter *ποι* et *κιαν* spatium unius vel duarum litterarum est. *ε* quod est in *μετά* vocabulo, cum littera *τ* coniunctum est, sicuti saepius fit. cf. l. 5 (vid. p. 6).

Blassius in extrema huius lineae parte legit *διὰ τοῖν*, quod supplevit in *διὰ τοῖν ἐθνοῖν* [11]), quem secutus est Bergkius. Sed Gilbertus (Handbuch der griech. Staatsaltert. I, p. 125, not. 1) et Dunckerus (Gesch. des Altertums⁵ VI, p. 125, not. 1) huic coniecturae non assensi sunt; quibus

11) Lectionem *διὰ τοῖν ἐθνοῖν* nullo modo defendi posse loco Dionysii Halic. II, 8 a Blassio allato in altera dissertationis meae parte demonstrabo.

causis commoti, non intelligo. Nam si legeretur revera *διὰ τοῖν*, nescio, quomodo quispiam aptius verba expleat. Cum autem ego papyro inspecto vidissem, legendum esse *διὰ τῶν* (nam litterae *ω* prior pars extat et si ea quae in linea quae sequitur, *ων* cum his comparaverimus, inveniemus *ων* scriptum esse), alia ratio est instituenda. Quaeramus igitur, a quibus Damasias ille electus sit? Mea quidem sententia, quam in altera commentationis parte profusius comprobabo, non solum ab eupatridis, sed etiam a factionibus eupatridarum, quia legitur non *ὑπό*, sed *διά* i. e. auxilio eupatridarum. Nam puto multos cives ceterorum ordinum eupatridis auctoribus Damasiam elegisse.

l. 5. Litteram *β* in vocabulo *βίᾳ* non vidi, quam exscripsit Blassius.

Littera *τ* in *ἐτά[ξαντο]* a dubitatione procul abest. Quod quidem attinet ad verba explenda, Bergkii coniecturam comprobare non possumus, qui edidit *εἴασαν δ' ἀστοί*. Quamquam negari non potest, magnam inesse probabilitatem in hac lectione, observandum tamen est in codice legi: *ετα*. Blassius autem expleverat *ἐτά[χθη δ'] α[ὐ]το[ῖς]*. Plures quam quattuor litteras excidisse ex lineis, quae secuntur, colligere possumus, cum ibi semper sex primae litterae sint abstersae. Quod in hac quoque linea factum esse quis est qui neget? Itaque alio modo verba expleri opus est. De verbo autem *αὐτοῖς*, ut Blassius coniecit, pauca antea exponamus. Si concedimus rectam esse Blassii coniecturam, quaerimus, qui illi fuerint, qui verbo *αὐτοῖς* significantur. Ea quae antecedunt sine dubio sic explentur: *μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τῶν εὐπατριδῶν Δαμασίας αἱρεθεὶς ἄρχων ἔτη δύο προστὰς τῆς πόλεως ἐξηλάσθη βίᾳ τῆς ἀρχῆς.* Verbum igitur *αὐτοῖς* tantum ad *διὰ τῶν εὐπατριδῶν* pertinere potest. Quod num rectum sit, dubito. Multo melius haec verba explevisse Bergkius videtur, qui l. l. edidit *ἀστοί*, quod cum litteris, quae leguntur *α . το.* congruit, nam litterae *υ*, quam exscripsit Blassius signo dubitationis adposito, ego nullum inveni vestigium. Sed quomodo sunt reliqua explenda? Rec-

tam lectionem apud Bergkium [12]) invenire possumus, quam qua de causa respuerit, intelligere non possumus. Cum lectionem *ἐτάχθη δ' αὐτοῖς* non probaret, proposuit *ἐτάξαντο δ' αὐτοί*, quod nullo argumento adiecto reiecit. Si igitur verba sic explemus: *ἐτά[ξαντο δ'] ἀ[σ]το[ί]*, omnia sunt bene accomodata. Sex quoque litterae ante *α . το* sunt excisae, sicuti in lineis, quae secuntur. Sed qui fuerunt *ἀστοί*? eupatridae, ut putat Bergkius? Videamus, quid censeant grammatici. Suidas I, p. 810 ed. Bernh. *ἀστός — πολίτης*, Hesychius I, p. 306 ed. Schmidt: *ἀστός — πολίτης, πολιτικός· ἀστὸς* igitur nihil significat nisi civem.

l. 6 verbum *ἑλέσθαι* in codice spiritu aspero est ornatum.

l. 9. *ος* legit Blassius post verbum *ἐνιαυτόν* signo dubitationis adposito. Quamquam ego quoque primum legi *ος*, vehementer tamen dubito, num lectio recta. Nam cum litterae *ο* et *ς* arctissime coniunctae sint, mihi in mentem venit, servatum esse hoc loco signum quoddam interpunctionis, cuius adhuc mihi non licuit exemplum [13]) invenire in papyris, quos quidem inspexerim. Librarius, cum paginam iam usque ad finem exscripsisset, animadvertit se nonnulla omisisse. Itaque in hac linea verbis *καὶ — δύναμιν* abstersis iterumque signo hoc anteposito scriptis in margine verba, quae omisit, addidit. In iis, quae amissa sunt, scriptor sine dubio disputavit de muneribus, quae singulis

---

12) l. l. p. 99 not. 1: „Blafs schreibt *ἐτάχθη δ' αὐτοῖς*, aber der Volksgemeinde kann niemand etwas vorschreiben, es müfste wenigstens *ἐτάξαντο δ' αὐτοί* heifsen, sie setzten fest, aber auch *αὐτοί* ist in diesem Zusammenhang unpassend."

13) Gardthausen, Griech. Palaeographie (Leipzig 1879), p. 277: „Wenn aus Versehen im Texte eine Lücke gelassen war, so wurde das Ausgelassene am Rande nachgetragen und durch zwei entsprechende Zeichen mit dem Texte in Verbindung gesetzt. Diese Zeichen sind natürlich durchaus willkürlich und nach Häufigkeit ihrer Anwendung sehr verschieden." Palaeogr. Soc. no. 25. SB. der Münch. Akad. phil. Cl. 1877, 256.

archontibus erant, quorum summam habebat potestatem archon qui vocatur.

l. 11. verbum *ὅλως* spiritu aspero, quocum accentus est coniunctus, ornatum est.

In his quoque verbis explendis nonnullae dubitationes existere possunt. Blassius primum edidit *τὰ πρὸς [στάσιν ποιοῦντες]*, quod non modo, ut recte Bergkius l. l. p. 100, not. 2 animadvertit, additamentum supervacaneum est, sed etiam in papyro nullo modo scriptum esse potuit, cum spatium non tantum in hac linea fuisse ex lineis, quae antecedunt et secuntur, quis est qui non colligat? Bergkii lectionem *τὰ πρὸ Σόλωνος* falsam esse argumentis in altera disputationis parte allatis demonstrabo. Blassius autem priorem coniecturam falsam esse intellexisse videtur, cum in altera de papyro tractatione (Hermes XVI, 1881, p. 44) proposuerit *τὰ πρὸς στάσιν*, quam lectionem probare non possumus, cum tres vel quattuor litterae in initio lineae sint amissae. Itaque licet nobis coniecturam afferre: *τὰ πρόσθεν*.

l. 14. *καί* edidit Blassius, sed litteris ̣*αι* nihil potest antecessisse, cum in extremo margine papyri scripta sit littera *α*. Puto igitur has litteras ad verbum *γε[νέσθ]αι* pertinere. Ad quam sententiam comprobandam afferre possumus, litterae *χ*, quae est in linea superiore, nihil antecedere nisi *τῶν* h. e. spatium trium litterarum. Est igitur idem spatium in hac linea, quattuor autem litteras *νεσθ* hoc loco scriptae esse possunt, quia *ω* maius et *θ* minus spatium quam ceterae litterae postulant. Huc accedit alia res gravioris momenti. Paulo supra diximus, in papyri lineis inter 36 et 41 litteras scriptas esse. Quam rationem si ad hanc lineam transferamus, inveniemus nullo modo rectam esse Blassii lectionem, qui edidit *γε[νέσθαι] καί*, cum hoc modo quadraginta quattuor litteras numeremus. Si autem delemus *κ*, cuius nullum vestigium esse potest, et legimus *γε[νέσθ]αι*, litterae XXXXI in hac linea scriptae sunt.

l. 17. Litterae quae extant *π . ο . στη . ει* explendae

sunt in *προιστήκει*, cum inter *ο* et *σ* spatium unius litterae esse videatur. Haberemus igitur confusionem antiquae et recentioris orthographiae (venia sit verbo), cuius exempla in papyro Hyperidis nonnulla extant, ut col. XLII, l. 8: *συνίλεκται* pro *συνείλεκται*.

l. 19 sqq. Usque ad finem papyri linearum vestigia extant, quarum nihil amplius quam Blassius et ego exscripsimus, legi potest.

Columnam alteram iuxta hanc medio spatio interposito scriptam fuisse nonnullae litterae demonstrant, ut in lineis 7. 8. 9. 10, nam reliquarum litterarum, quas exscripsit Blassius, nihil multo labore et assiduitate adhibito invenire potui. Cum autem litteras modo, quas exscripsi, papyro iterum iterumque inspecto legerim, valde dubito, num in Blassii partes transgrediar. Sed de his rebus fortasse quispiam in utramque partem disputare potest.

Frg. II^a^.

Haec papyri particula multo maiores difficultates praebet, quam ea, quam tractavimus. Litterae, quas in tabula autographica exscripsimus, hunc in modum expleri possunt.

[κατέστησε δὲ καὶ δ]ημάρ-
[χους τὴν αὐτὴν ἔχοντας] επ[ι]μέλε[ι]αν τ[οῖ]ς πρό[τε-]
[ρον ναυκράροις καὶ γὰρ] το[ὺ]ς δήμους ἀν[τὶ τ]ῶν
[ναυκραριῶν ἐποίησε. προς]η[γ]όρευσε δὲ τῶν
[δήμων τοὺς μὲν ἀπὸ τῶ]ν τόπων, τοὺς δ᾽ ἀπὸ
τῶν [ἐνθάδε γενῶν. ἐπεὶ δὲ] ἅπαντες ὑπῆρχον ἐν
τοῖς [δήμοις, εἴασε τὰ γέν]η καὶ τὰς φρατρίας καὶ
φ[υλοβασιλέας τέσσαρας] ἑκάστους κατὰ τὰ πά-
[τ]ρι[α. τῶν δὲ φυλῶν ἐποίησεν] ἐπωνύμους ἐκ τῶν
[ἐπιφανεστάτων ἡρώων καὶ ἀ]ρχηγετῶν σ[ημαί]νειν
[λέγων τούτους τὸν θεόν. τῶ]ν δὲ γενομένων —

Adnotatio critica huius partis brevis est, quia et ea quae exscripsi paene omnia sunt certa et de verbis explendis in altera dissertationis parte dicemus, cum ad hanc rem diiudicandam omnia argumenta historica afferri opus sit.

l. 1. Lineis, quas Blassius exscripsit, unam antecessisse, e vestigiis, quae in margine papyri extant, colligi potest.

l. 3. Nihil in exitu lineae legi potest nisi *ημαϱ*, nam quae antecedunt ita sunt corrosa, vix ut aliquid certius cognoscatur. Fortasse paulo ante *ημαϱ* scriptum erat *δεκ*.

l. 5. Coniectura Cobeti (collectanea critica. Lugd. Batav. 1878, p. 176), qui *δήμους* apud Harpocrationem s. v. *ναυκραρικά* in *δημάρχους* mutare voluit, quamquam aliis argumentis refutata est, tamen papyro hoc reperto per se ipsa corruit (cf. Bursian, Jahresberichte XVII, 1881, I, p. 115).

l. 7. Littera *δ* ante verbum *ἀπό* magna difficultate cognoscitur.

Quomodo verba *τοὺς δ' ἀπὸ τῶν* (adieci ea, quae scripta sunt, in altera papyri parte cf. p. 23) explenda sint, difficile est dictu et ea quae in textu posuimus coniecturae loco habenda sunt. Locus, quem attulit Blassius, Etym. Magn. p. 327 (ed. Sylburg.) cf. p. 32 nullam habet auctoritatem et si vir ille clarissimus hunc locum secutus supplevit *ἀπὸ τῶν οἰκισάντων*, non intelligo, cur haec ipsa verba elegerit. Quod autem attinet ad Bergkii coniecturam *[προς]η[γ]όρευσε δὲ τῶν [ἀγυρίων ταμίας ἀντὶ κω]λακρετῶν, τοὺς δ' ἀπο-[δέκτας προςέθηκε]* nihil addo, sed peto, ut evolvatis ea, quae ex papyro exscripsi. Posteriorem autem sententiae partem (ut Bergkius coniecit) Aristotelem non scripsisse, ex Harpocratione s. v. *ἀποδέκται* colligi potest, qui Aristotele auctore de huius magistratus muneribus refert et quae addidit de temporibus, quibus facti sunt, narrat auctore Androtione: *ὅτι δὲ ἀντὶ τῶν κωλακρετῶν οἱ ἀποδέκται ὑπὸ Κλεισθένους ἀπεδείχθησαν, Ἀνδροτίων β'.* Itaque his ex verbis (particula *δὲ* enim ea quae secuntur opponit iis quae antecedunt) colligere possumus ab Aristotele nihil eius generis traditum esse.

l. 9. Ante *και* cathetus est, quae sine dubio est posterior pars litterae *H*.

l. 13. Quid ante *α* extremam huius lineae litteram scriptum sit, diiudicari non potest. Blassius primum *δα*, deinde *τα* legit, mihi videbatur scripta esse littera *φ*.

l. 17. Nil legi potest et *αζομ* quod exscripsit Blassius, a dubitatione non abest.

l. 23. Post hanc lineam in tabula nonnullas exscripsi litteras.

l. 26. Post lineam hanc nihil in hoc fragmento scriptum esse constat.

Litteras, quae post lineam 13 scriptae sunt, explere nemo audebit diiudicare, quamquam quae extant, coniecturam permittunt. Quamquam in lineis 15. 16 fortasse leges Solonis, quas Clisthenes sustulit, nominatas esse recte coniecit Bergkius, iis tamen, quae de linea 16 *αις πεντήκοντα* ille vir doctus (l. l., p. 105) exposuit, assentiri non possum, quia puto illum numerum pertinere ad viros L, quos phyle quaeque in senatum elegit et *ὅρκον* l. 21 dictum esse de senatorum iure iurando. Quid autem significet *ἐνάτης*, quod est in l. 23, non audeo diiudicare; *[πρυτ]ανείας ἐνάτης* quod coniecit Bergkius, non consentit cum iis, quae ego exscripsi.

Frg. II[b].

[ὁ δεῖνα — — ὠ]
στρακίσθη. Μεγακλῆς δ[' ὁ Κλεισθένους ταὐτὰ ἔπα-]
θεν. ἐπὶ μὲν οὖν Ἀ[— — ἄρχοντος μόνον τοὺς]
φίλους ὠστράκιζο[ν τοὺς τῶν Πεισιστρατιδῶν,]
μετὰ δὲ ταῦτα τῶν ἄ[λλων πολιτῶν ἐξώριζον, εἴ]
τις δ[οκοί]η μείζω[ν εἶναι τῆς πολιτείας· καὶ πρῶ-]
τος ὠστ[ρ]ακίσθη τῶν [τοιούτων Ἀριστείδης καὶ]
Ξάνθιππος [ὁ] Ἀρίφ[ρωνος. περὶ τοῦ ὀστρακισμοῦ]
ταῦτα. Ν[ικο]δήμ[ου ἄρχοντος, ἐπειδὴ τοῖς τὰ μέ-]

ταλλα [τὰ ἐν] Μαρω[νείᾳ καὶ ἐν Λαυρείῳ ἀργύρεια]
κεκτη[μένοις τὰ ἐκ τῶν μετάλλων πολλὰ ἦν, ἐθελ-]
όντων [δὲ τῶν πολιτῶν, ὡς καὶ πρότερον, τοῦτο τὸ ἀρ-]
[γ]ύριον [διανεῖμαι, Θεμιστοκλῆς παριὼν εἶπεν,]
ὅτι χρῆ δ[ιανομὴν ἐᾶν καὶ ἑκατὸν πολίταις]
[τοῖς π]λ[ο]υσι[ωτάτοις δοῦναι εἰς τριήρους στό-]
λον ἑκάστῳ τά[λαντον. κἂν μὲν ἀρέσῃ ἡ ναῦς,]
τ[ὸ ἀ]νάλωμα τῆς ν[εὼς τῇ πόλει λογισθῆναι.]
[ε]ἰ δὲ μή, κομίσασθαι [τὸ δανεισθέν· παρὰ δὲ τῶν]
δα[ν]εισαμένων λα[βεῖν ἐγγύους ἀσφαλεῖς. οἱ δὲ]
[ἐποί]ησα[ν] τριήρεις — —.

l. 1. Primae lineae extant in papyro vestigia, sed fieri non potest, ut ullam litteram legamus.

l. 2. Blassius in initio lineae *ηκ* scriptum esse dixit, sed nihil eius generis vidi.

Ante litteram *α* servata est cathetus, quae posterior pars litterae *π* videtur fuisse.

l. 11. Post *σ* invenitur signum, quod ad *δ* pertinet sine dubio.

η ante *μ* magna difficultate legi potest.

l. 13. Aliam formam litterae *ξ* atque in linea 5 fr. I[b] a librario usurpatam esse ex iis, quae extant, colligi potest. cf. p. 6.

l. 20. Quae in hac linea legantur, difficile est dictu. Vidi magna assiduitate adhibita haec: *λ . υσι.*

Quamquam in altera disputationis parte diiudicabimus, num Blassius aut Bergkius verba quae extant recte compleverit, hoc tamen loco addamus quaestiones magis philologicas, quam historicas.

§ 3.
De Harpocratione.

Primo quidem loco quaerendum est, utrum Harpocratio in lexico rhetorico verba scriptorum, quos laudat, e libris

eorum ipsis exscripserit necne. Qua in quaestione magni interest, ut demonstrare studeamus Harpocrationem scriptorum oratores solos inspexisse.

In scriptoribus afferendis duobus generibus formularum utitur Harpocratio. Si leguntur formulae, quas in duas partes dividere possumus:

1) a. *ὁ δεῖνα ἔν τινι βιβλίῳ φησίν* secuntur verba, ut p. 4, 8 (Dindorf) *Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ ἀληθείας φησί.* p. 208, 1: *Ξενοφῶν ἐν τῇ Λακώνων πολιτείᾳ φησί.*

b. *ὁ δεῖνα ἔν τινι βιβλίῳ λέγων φησί* secuntur verba, ut p. 17, 12: *Ἔφορος ἐν τῇ δ' περὶ Θρακίων λέγων φησίν.* p. 144, 8; *Ξενοφῶν ἐν ζ' Ἀναβάσεως περὶ Θρακῶν λέγων φησί.*

2) a. *ὁ δεῖνα ἔν τινι βιβλίῳ* secuntur verba ut p. 34, 5: *Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου·* p. 34, 13: *Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος.*

b. *ὁ δεῖνα ἔν τινι βιβλίῳ οὕτω λέγει* secuntur verba, ut p. 29, 4: *Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ὀπουντίων οὕτω λέγει.*

verisimile est verba scriptoris ipsa relata esse, non e scriptore ipso, sed e fonte, quo usus est Harpocratio in lexico componendo. Sin autem invenimus formulas ut *ὡς ὁ δεῖνα φησὶ* aliasque, quae, ut fere fit, in exitu verborum scriptoris positae sunt, sententia modo verborum scriptoris expressa est. In fragmentis politiarum Aristotelis, quae ab Harpocratione servata sunt, haec distinctio, quam exposuimus, distinguenda est. Legimus igitur s. v. *ναυκραρικά* verba ipsa Aristotelis, ubi haec sunt: *Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ φησί· κατέστησαν δὲ δημάρχους τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐπιμέλειαν τοῖς πρότερον ναυκράροις· δήμους ἀντὶ τῶν ναυκραριῶν ἐποίησαν* [14]). Quibus verbis Bergkius usus est ad

---

14) Non possum transgredi in Valentini Rose partes, qui Aristot. pseudep., p. 419 putat in scholiis Aristophaneis Harpocrationem verba haec ex duobus locis contracta invenisse.

papyri reliquias, quas habemus fr. IIa, complendas, ubi legitur: *κατέστησε δὲ καὶ δημάρχους, τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐπιμέλειαν τοῖς πρότερον ναυκράροις καὶ τοὺς δήμους ἀντὶ τῶν ναυκραριῶν ἐποίησε.* Videmus igitur non satis sincera Harpocrationem verba Aristotelis reddidisse, quod nonnullis exemplis demonstrabo.

Harpocrat. s. v. *παράστασις.*	Harpocr. s. v. *δωροξενία.*	Lex. Cantabr. rhet. p. 674, 7:
Ἀρ. ἐν Ἀθην. πολ. περὶ τῶν θεσμοθετῶν λέγων φησὶν οὕτως· εἰσὶ δὲ γραφαὶ πρὸς αὐτούς, ὧν παράστασις τίθεται, ξενίας καὶ δωροξενίας, ἄν τις δῶρα δοὺς ἀποφύγῃ τὴν ξενίαν καὶ ψευδεγγραφῆς καὶ ψευδοκλητίας καὶ βουλεύσεως καὶ ἀγραφίου καὶ μοιχείας.	*Ἀρ. ἐν Ἀθ. πολ. περὶ τῶν θεσμοθετῶν λέγων γράφει ταυτί· εἰσὶ δὲ καὶ γραφαὶ πρὸς αὐτούς, ὧν παράστασις τίθεται, ξενίας καὶ δωροξενίας, ἄν τις δῶρα δοὺς ἀποφύγῃ τὴν συκοφαντίαν.*	*εἰσὶ δὲ καὶ γραφαὶ πρὸς αὐτούς, ὧν παράστασις τίθεται, ξενίας καὶ δωροξενίας· ξενίας μὲν ἐάν τις κατηγορῆται ξένος εἶναι, δωροξενίας δὲ ἐάν τις δῶρα δοὺς ἀποφύγῃ τὴν ξενίαν.*

Grammaticum, qui composuit lexicon Cantabrigense, puriora verba Aristotelis tradidisse puto, ut quispiam verbis comparatis intelligere potest. Sed etiam alter locus Aristotelis bis ab Harpocratione allatus eadem demonstrat.

Harpocr. s. v. *ἀποστασίου.*	Harpocr. s. v. *πολέμαρχος.*	Lex. rhet. Seguer. p. 310, 9 ed. Bekker.
Ἀρ. ἐν Ἀθ. πολ. γράφει ταυτί· οὗτος δὲ εἰςάγει δίκας τάς τε τοῦ ἀποστασίου καὶ ἀπροστασίου καὶ κλήρων καὶ ἐπικλήρων.	*Ἀρ. ἐν Ἀθ. πολ. πρὸς ταῦτα, φησίν, αὐτός τε εἰςάγει δίκας τάς τε τοῦ ἀποστασίου καὶ ἀπροστασίου κλήρων καὶ ἐπικλήρων τοῖς με-*	*ὁ πολέμαρχος (εἰςάγει δίκας) ἀποστασίου καὶ κλήρων καὶ ἐπικλήρων τοῖς μετοίκοις καὶ τἄλλα ὅσα τοῖς ἀστοῖς ὁ*

	…ίκοις καὶ τἄλλα …οῖς πολίταις ὁ … ταῦτα τοῖς …κοις ὁ πολέ…χος.	*ἄρχων, οὗτος τοῖς μετοίκοις παρέχεται.*

Priore loco Harpocratio sine ulla causa verba Aristotelis ita contraxit, vix ut sententiam intelligere possimus, cum *τοῖς μετοίκοις*, quod sententiam recte explet, non addiderit. Sed etiam alter locus multum ab Aristotele differre videtur, si comparamus verba lexici rhetorici Segueriani. Harpocrationem ipsum illa *ὅσα τοῖς ἀστοῖς ὁ ἄρχων*, quae legimus in lexico, de suo mutasse in *ὅσα τοῖς πολίταις* puto, quia difficile erat factu, ut *πολίταις* in *ἀστοῖς* mutaretur, cum verbum *ἀστός* recentioribus temporibus non usurparetur.

Lexicon autem Harpocrationis, quomodo nobis est servatum, nihil esse nisi breviarium ex aliis lexicis rhetoricis male collectum Blassius v. cl. nuperrime papyro graeco, qui est in museo Berolinensi Aegyptiaco nr. 167 adhibito, demonstravit (Hermes XVII, 1882, p. 154. 158). Talibus fortasse causis commotus Valentinus Rose statuit, Aristotelis politiarum fragmenta non ex Aristotelis libro ipso, sed ex Didymi [15]) commentariis Harpocrationem arripuisse, cui Boysenus [16]), qui de Harpocrationis fontibus disquisivit, p. 17 assentiri noluit.

Harpocrationem scriptores, quos laudat, non inspexisse

---

15) Meierus (Opusc. acad. II, p. 147 sq.) comprobavit, Harpocrationei lexici, si de aetate eius esset ex scriptorum temporibus iudicium faciendum, quibus ab eo denunciaretur testimonium, fundamenta videri Augusto imperante neque tamen ab ipso Didymo iacta esse, sed a grammatico aliquo, qui aut Didymo aequalis fuisset aut paulo post Didymum vixisset.

16) Boysen, De Harpocrationis lexici fontibus quaestiones selectae, gr. 4, Kieliae 1876.

locis Xenophontis, quos attulit, collatis demonstrare [illegible]deo. Quamquam tribus locis p. 144, 9 [illegible] Anab. VII, 4, 4; p. 208, 1 = Laced. [illegible], 18 = Anab. II, 3, 36 admodum accura[illegible] Xenophontis exscripta sunt, reliqui tamen loci eiu[illegible] sunt, vix ut putare possimus, Harpocrationem legisse X[illegible]nophontis scripta. Nam non modo non accurate verba Xenophontis rettulit [illegible] p. 202, 1: *Ξενοφῶν Ἀναβάσεως α΄· ʽκαὶ σίτου καὶ μελίνηςʼ ἐν δὲ τῷ αὐτῷ· ʽπολὺν δὲ σήσαμον καὶ μέλινονʼ καὶ ἐν ς΄. ʽκαὶ ὄπρια πάντα καὶ μελίνουςʼ*, quae verba in Xenophontis libro sic extant I, 5, 10: *οἶνόν τε ἐκ τῆς βαλάνου πεποιημένον τῆς ἀπὸ τοῦ φοίνικος καὶ σῖτον μελίνης;* II, 2, 22: *πολὺ δὲ καὶ σήσαμον καὶ μελίνην;* VI, 4, 6: *φέρει γὰρ ἡ γῆ καὶ κριθὰς καὶ πυροὺς καὶ ὄπρια πάντα καὶ μελίνας*, sed etiam numerum librorum ita confudit, ut ex ea re colligere quispiam posset, locos ipsos Harpocrationem non inspexisse, ut p. 244, 18 locum affert e libro tertio, qui est in libro secundo, quod vitium librariorum culpa ortum esse non potest, cum omnes hoc loco praebeant codices: *Ξενοφῶν γοῦν ἐν γ΄ Ἑλληνικῶν.* Similiter miro quodam consensu p. 108, 18 in codicibus omnibus ς pro ε, p. 270, 12: η pro ς scriptum est. Si autem Harpocratio, per quem stetit, quominus hoc vitium oriretur, libros Xenophontis revera inspexisset, numerum librorum ita confundere non potuerat. Quam meam sententiam comprobare videntur ea, quae leguntur s. v. *κρώβυλος· Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. Ἡγήσιππος μέν ἐστιν ὁ Κρώβυλος ἐπικαλούμενος, κυρίως δὲ εἶδός τι ἐμπλοκῆς ἐστὶν ὁ κρώβυλος, καθά φησι Θουκυδίδης ἐν α΄.* Si autem Harpocratio revera legisset Thucydidis librum primum (c. 6), hunc locum ad sensus verbi *κρωβύλου* explicandum afferre non potuerat. Nam apud Thucydidem nihil legimus de genere *κρωβύλου*.

Cum iam paulo supra viderimus Harpocrationem non recte s. v. *ναυκραρικά* Aristotelis verba exscripsisse, mira haec esse non possunt. Verba autem *δημίους ἀντὶ τῶν ναυκράρων ἐποίησαν* non esse Harpocrationis Bekkerus et

Dindorfius, qui uncis haec incluserunt, certis argumentis non allatis putaverunt [17]).

§ 4.
De Polyaeno.

De Polyaeno licet nonnulla addere, quem non Aristotelis politias, sed Ephorum legisse Bergkius putat. In eodem capite libri primi (30), cuius verbis ad litteras fr. II ᵇ explendas p. 21, usi sumus, de Themistocle alia narrantur, quae et apud Herodotum et apud Thucydidem et apud Plutarchum (vit. Them.) leguntur, quos scriptores ipsos Polyaenum inspexisse non verisimile est. Herodotum eum non legisse colligere possumus ex paragrapho 4 h. cap., cum nulla sit causa, qua commotus hoc loco Polyaenus ea, quae Herodotus memoriae prodidit, respuerit. De Plutarcho idem statuendum est ac de Herodoto. Polyaenum autem e multis scriptoribus ea quae tradit, excerpsisse non est verisimile, cum in libris componendis non multum operae posuerit et singulas partes non multo tempore intermisso confecerit. Itaque si librum primum et secundum strategicon contemplamur, omnia ex eodem fonte hausta esse videntur ita, ut opus, in quo historia graeca tractabatur, perlegeret et quae ad propositum libri pertinere videbantur, exscriberet alio scriptore non adhibito. Quis autem ille fuerit, difficile est dictu, quia nemo adhuc accuratius de fontibus Polyaeni disputavit, quam rem tractare fructuosum est. Ea quae Cornelius Nepos de Themistocle memoriae prodidit, ex eodem fonte hausta videntur, quo Polyaenus usus est, quod paucis confirmare licet.

---

17) Errorem illorum virorum doctorum iam correxit, uti nunc video, Feodorus de Stojentin, de Julii Pollucis in enarr. antiq. gr. auctoritate (Vratislaviae 1875), p. 39, not. 46.

Polyae. 2.	Cornel. 2, 7.
Polyae. 3: *οἱ δὲ Ἕλληνες ἄκοντες ἐνίκησαν τῇ σοφίᾳ τοῦ στρατηγοῦ.*	Cornel. 4, 3: Hoc eo valebat, u[illegible] ing[illegible]atis ad depugnand[illegible]nes cogerentur.
Polyae. 4.	Cornel. 5, 1.
Polyae. 5.	Cornel. 6, 1.
Polyae. 8: *ἐπεὶ δὲ ἡ ναῦς ὑπὸ χειμῶνος ἐπὶ Νάξον κατεφέρετο πολιορκουμένην ὑπ᾽ Ἀθηναίων, τῷ ναυκλήρῳ φοβηθεὶς ἔφρασεν, ὅςτις εἴη.*	Cornel. 8, 6: Quae cum tempestate maxima Naxum ferretur, ubi tum Atheniensium erat exercitus, sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi esse pereundum. Hac necessitate coactus domino navis, qui sit, aperit.

§ 5.
De ordine fragmentorum.

Postquam textum fragmentorum constituimus, quaerere nos oportet, quonam ordine fragmenta scripta sint. Blassium in prima tractatione fragmenta non recte ordinasse Bergkius demonstravit (l. l. p. 94), cui ex parte assensus est Blassius in altera commentatione (Hermes XVI [1881], p. 4), ubi fragmenta ordinavit, sicuti nos edidimus. Videamus primum, num papyrus ipse praebeat argumenta, quae ad hanc rem diiudicandam afferri possunt. Fr. I ᵇ et II ᵃ eodem sunt colore, simili modo I ᵃ et II ᵇ. Blassius autem argumentum ad fragmenta ordinanda invenisse putat. In fragmenti enim I ᵇ lineis 7. 8. 9. 10 nonnullae litterae servatae sunt, quas cum iis quae in fr. II ᵃ leguntur, coniungendas esse putat. E loco quidem Etymologici Magni, quem Blassius attulit, nihil fructus redundat ad hanc sententiam comprobandam. Legimus enim hoc loco p. 327 (ed. Sylburg) s. v. *Ἐλεεῖς* haec: *δῆμος τῆς Ἀττικῆς . ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ*

ἕλους· ἑλώδης γὰρ ὁ τόπος· οἱ γὰρ δῆμοι τῶν Ἀθηναίων ἢ ἀπὸ τῶν τόπων ἢ ἀπὸ τῶν παρακειμένων αὐτοῖς ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς φυτῶν ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς χειροτέχνων ἢ ἀπὸ τῶ[illegible]άντων ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν. Ad verba autem papyri explend[illegible]unc locum utilitatem non habere, quis est qui non intelligat? cf. p. 24. Praeterea si Blassii lectiones contemplamur, inveniemus in linea 10: *φατριάρχους*, quanquam paululum antea legitur *φρατρίας*. Sed haec sunt levioris momenti; cum in papyro nihil legatur nisi *φ*, ego aliter hanc litteram explevi. Cum autem reliquae litterae, quae in margine fr. I ᵇ servatae sunt, cum iis, quae sine dubio recte coniciuntur, ut ex Harpocr. s. v. *ναυκραρικά* et e scholio ad Aristoph. nub. v. 37 colligere possumus, bene congruant, Blassii coniecturam a vero haud procul abesse et ingeniosam esse puto.

Nos igitur fragmenta, quae extant, sic ordinamus:

- p. 1. De Solone, exscripti erant hoc loco versus illi Solonis.
- p. 2. res post Solonem gestae usque ad Pisistratum.
- p. 3—6. amissae. res a Pisistrato eiusque filiis gestae. Clisthenes.
- p. 7. quomodo Clisthenes rempublicam Atheniensium ordinaverit.
- p. 8. de ostracismo. lex Themistoclis.

§ 6.
De auctore papyri.

Restat, ut demonstremus, Aristotelis haec fragmenta esse. Bergkius primus hanc quaestionem tractavit, qui quamquam demonstraverat, fr. II ᵃ Aristotelis esse, dubitavit tamen, num reliqua verba Aristotelis ipsius essent. Praeter locum Harpocrationis, quem iam ante attulimus, scholiasta ad Aristoph. nub. v. 37 verba Aristotelis exscripsit: *Ἀριστοτέλης δὲ περὶ Κλεισθένους φησί· κατέστησε καὶ δημάρχους τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐπιμέλειαν τοῖς πρότερον ναυκράροις· καὶ γὰρ τοὺς δήμους ἀντὶ τῶν ναυκραρίων ἐποίησεν.* Quam-

Polyae. 2.	Cornel. 2, 7.
Polyae. 3: *οἱ δὲ Ἕλληνες ἄκοντες ἐνίκησαν τῇ σοφίᾳ τοῦ στρατηγοῦ.*	Cornel. 4, 3: Hoc eo valebat, ut ingratis ad depugnand[illegible]nes cogerentur.
Polyae. 4.	Cornel. 5, 1.
Polyae. 5.	Cornel. 6, 1.
Polyae. 8: *ἐπεὶ δὲ ἡ ναῦς ὑπὸ χειμῶνος ἐπὶ Νάξον κατεφέρετο πολιορκουμένην ὑπ᾽ Ἀθηναίων, τῷ ναυκλήρῳ φοβηθεὶς ἔφρασεν, ὅςτις εἴη.*	Cornel. 8, 6: Quae cum tempestate maxima Naxum ferretur, ubi tum Atheniensium erat exercitus, sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi esse pereundum. Hac necessitate coactus domino navis, qui sit, aperit.

§ 5.
De ordine fragmentorum.

Postquam textum fragmentorum constituimus, quaerere nos oportet, quonam ordine fragmenta scripta sint. Blassium in prima tractatione fragmenta non recte ordinasse Bergkius demonstravit (l. l. p. 94), cui ex parte assensus est Blassius in altera commentatione (Hermes XVI [1881], p. 4), ubi fragmenta ordinavit, sicuti nos edidimus. Videamus primum, num papyrus ipse praebeat argumenta, quae ad hanc rem diiudicandam afferri possunt. Fr. I[b] et II[a] eodem sunt colore, simili modo I[a] et II[b]. Blassius autem argumentum ad fragmenta ordinanda invenisse putat. In fragmenti enim I[b] lineis 7. 8. 9. 10 nonnullae litterae servatae sunt, quas cum iis quae in fr. II[a] leguntur, coniungendas esse putat. E loco quidem Etymologici Magni, quem Blassius attulit, nihil fructus redundat ad hanc sententiam comprobandam. Legimus enim hoc loco p. 327 (ed. Sylburg) s. v. *Ἐλεεῖς* haec: *δῆμος τῆς Ἀττικῆς . ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ*

ἕλους· ἑλώδης γὰρ ὁ τόπος· οἱ γὰρ δῆμοι τῶν Ἀθηναίων ἢ ἀπὸ τῶν τόπων ἢ ἀπὸ τῶν παρακειμένων αὐτοῖς ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς φυτῶν ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς χειροτεχνῶν ἢ ἀπὸ τῶ[illegible]άντων ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν. Ad verba autem papyri explend[illegible]unc locum utilitatem non habere, quis est qui non intelligat? cf. p. 24. Praeterea si Blassii lectiones contemplamur, inveniemus in linea 10: *φατριάρχους*, quanquam paululum antea legitur *φρατρίας*. Sed haec sunt levioris momenti; cum in papyro nihil legatur nisi *φ*, ego aliter hanc litteram explevi. Cum autem reliquae litterae, quae in margine fr. I[b] servatae sunt, cum iis, quae sine dubio recte coniciuntur, ut ex Harpocr. s. v. *ναυκραρικά* et e scholio ad Aristoph. nub. v. 37 colligere possumus, bene congruant, Blassii coniecturam a vero haud procul abesse et ingeniosam esse puto.

Nos igitur fragmenta, quae extant, sic ordinamus:

p. 1. De Solone, exscripti erant hoc loco versus illi Solonis.
p. 2. res post Solonem gestae usque ad Pisistratum.
p. 3—6. amissae. res a Pisistrato eiusque filiis gestae. Clisthenes.
p. 7. quomodo Clisthenes rempublicam Atheniensium ordinaverit.
p. 8. de ostracismo. lex Themistoclis.

§ 6.
De auctore papyri.

Restat, ut demonstremus, Aristotelis haec fragmenta esse. Bergkius primus hanc quaestionem tractavit, qui quamquam demonstraverat, fr. II[a] Aristotelis esse, dubitavit tamen, num reliqua verba Aristotelis ipsius essent. Praeter locum Harpocrationis, quem iam ante attulimus, scholiasta ad Aristoph. nub. v. 37 verba Aristotelis exscripsit: *Ἀριστοτέλης δὲ περὶ Κλεισθένους φησί· κατέστησε καὶ δημάρχους τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐπιμέλειαν τοῖς πρότερον ναυκράροις· καὶ γὰρ τοὺς δήμους ἀντὶ τῶν ναυκραρίων ἐποίησεν.* Quam-

quam iam in iis, quae antecedunt, demonstravisse putamus, primum omnia haec quattuor fragmenta ab eadem manu eodem studio in eundem librum scripta esse ita ut inter se cohaereant, deinde excerptorum nullum esse vestigium, sed omnia uno quasi tenore dicta esse, tamen aliis argumentis explanare studeamus, omnia Aristoteli apta esse. Quod attinet ad fr. II [b], habemus locum Heraclidis Pontici [18]), qui ex hoc libro excerptus videtur esse p. 5 ed. Schneidew. *καὶ τὸν περὶ ὀστρακισμοῦ νόμον εἰςηγήσατο* [19]), *ὃς ἐτέθη διὰ τοὺς τυραννιῶντας . καὶ ἄλλοι τε ὠστρακίσθησαν καὶ Ξάνθιππος καὶ Ἀριστείδης*. Huc accedit, quod ea, quae de ostracismo (II [b], l. 10 sq.) exponuntur, bene cum iis, quae Aristoteles polit. III, 8 p. 1284 [a], 17 sq. narravit, congruunt, ut ex hac re fortasse colligere quispiam possit haec, quae sunt in papyro, ab eodem scripta esse ac quae in politicis leguntur. Fragmentum I [b] Aristotelis esse nullo testimonio nisi iis, quae paulo supra attulimus, demonstrari potest. Quamquam alia praeterea testimonia, quibus comprobatur, Aristotelis haec fragmenta esse, invenire non possum, puto tamen nobis servatam esse partem codicis libri Aristotelici, qui inscribitur *πολιτεία Ἀθηναίων*.

Atque de versibus Solonis pauca sunt dicenda. Post-

18) Heraclidis Pontici scripta nihil continere nisi Aristotelis operis excerpta Schneidewinus contendit, cui non assensus est Feod. de Stojentin l. l. p. 46, not. 51.

19) Coraesii coniecturam *εἰςηγήσαντο* sc. *οἱ Ἀθηναῖοι* omnes editores in textum receperunt, quia *εἰςηγήσατο* ex iis, quae antecedunt, expleretur in *εἰςηγήσατο Ἱππίας*. Nos tamen alio modo verba explicare studeamus. Epitomator sententia quadam, in qua Clisthenes commemorabatur, omissa verba, quae apud Heraclidem secuta sunt, exscripsit. Cuius generis alia in hoc libro inveniuntur exempla, quorum hoc affero p. 4: *τοὺς μετὰ Κύλωνος διὰ τὴν τυραννίδα ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς θεοῦ πεφευγότας οἱ περὶ Μεγακλέα ἀπέκτειναν*. secuntur haec: *καὶ τοὺς δράσαντας ὡς ἐναγεῖς ἤλαυνον*, quod ad eos, qui in sententia priore *οἱ περὶ Μεγακλέα* vocantur, referendum est. Quam falsa haec explicatio sit, quis est, qui neget? Hoc quoque loco sententia est omissa et verbis illis est adiciendum *οἱ Ἀθηναῖοι*.

quam versus non ex Aristide, ut existimavit Bergkius, exscriptos esse iam antea exposuimus, restat, ut refutemus alteram opinionem Bergkii, qui putat et versus tam multos afferre neque Aristoteli neque libro tam arcte et commode scripto aptum esse et versus a lectore intento additos esse. Lectorem autem quendam hos versus addidisse concedi non potest, quia papyri forma demonstrat, omnia ab eadem manu scripta esse. Alteram Bergkii opinionem, quam rettulimus, iam Blassius (Hermes XVI, 1881, p. 42) impugnavit allato loco, qui est in Aristotelis libro *περὶ ἀναπνοῆς*, ubi versus XXV Empedoclis (p. 473) afferuntur. Sed tamen multi loci commemorari possunt, ubi complures versus Aristoteles ad sententiam comprobandam affert et multis locis ad orationem explendescendam dicti esse videntur, quia iis omissis sententia intelligi potest. Ad quam sententiam comprobandam locos nonnullos Aristotelis addam.

p. 400 [a], 11 quattuor versus Homeri } in libro *περὶ κόσμου*.
p. 401 [a], 28 novem versus Orphicorum }
p. 437 [b], 26 decem versus Empedoclis, *περὶ αἰσθήσεως*.
p. 633 [a], 19 decem versus Aeschyli, *ζώων ἱστορία*.
p. 843 [b], 27 sex versus epigrammatis cuiusdam, *περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων*.
p. 1095 [b], 30 quattuor versus Hesiodi, *ἠθικὰ Νικομαχικά*.
p. 1367 [a], 11 quattuor versus Alcmanis, *ῥητορική α′*.
p. 1397 [a], 13 septem versus, *ῥητορική β′*.

Cur autem hoc loco versus illi Solonis apti non sint, demonstrare nemo potest. Nam apud quem scriptorem Aristoteles meliorem invenire potuit explicationem harum rerum, quam apud Solonem ipsum, qui in versibus illis optime *σεισάχθειαν* eiusque eventa demonstraverat? Itaque argumentum invenire non possum, quo commotus existumo, versus ab alio sive lectore sive librario sive scriptore atque ab Aristotele ipso additos esse.


II.

Disputatio historica.


Quae hoc titulo inscripto ordini philosophorum amplissimo universitatis Berolinensis proposui, publici iuris faciam hoc anno in libro, qui inscribitur: Forschungen zur attischen Geschichte I, 1883.

De tabulis adiectis.


Cum fieri non posset, ut tabulas photolithographicas adderem, imprimis id egi, ut litteras omnes eodem loco ederem, quo in papyro scriptae sunt.




II b.


ΙΑΡΧΟϹ
ΔΕϹ ΑΡΧΟΝΤΩϹΔ
ΧΟΝΤ ΚΑΤΑϹΟΛΩ
ΤΩΝΝ ΩΝΤΩΝ
ΤΟΝ ΠΡΟΤΕΡΟΙΝ
ϹΤΡΑΚΙϹΘΗΜΕΓΑΚΛΗϹ
ΘΕΝ ΕΠΙΜΕΝΟΥΝΑ
ΦΙΛΟΥϹΩϹΤΡΑΚΙΖΟ
ΜΕΤΑΔΕΤΑ Ω
ΤΙϹΑ ΗΜΕΙΖΩ
ΤΟϹΩϹΤΡΑΚΙϹΘΗΤΩΝ
ΞΑΝΘΙΠΠΟϹ ΑΡΙ
ΤΑΥΤΑΝ ΟΔΗΜΟ
ΤΑΛΛΑΤΑ ΜΑΡΩ
ΚΕΚΤΗ
ΟΝΤΩΝ
ΥΡΙΟΝ
ΟΤΙΧΡΗΔ
ΛΥΕΙ
ΛΟΝΕΚΑϹΤΩΤΑ
Τ ΝΑΛΩΜΑΤΗϹ
ΙΔΕΜΗΚΟΜΙϹΘΑΙ
ΔΑΕΙϹΑΜΕΝΩΝΛΑ
Ε ΗϹΑ ΤΡΙΗΡΕΙϹ


I a.


ΑΡ ΚΥ
Δ Ο Λ
ΔΕΔ
Ξ Ο
Α
ϹΑΜΑΝ ΥΜΜΑΡΤΥΟΙΗΝΤΑΥΤΟ
ΜΗΤΗΡΜΕ ΔΑΙΜΟΝΩΝΟΝ
ΗΜΕΛΑ ΝΑΤ ΕΓΩΠΟΤ ΟΥϹ
ΧΗΠΕΠΗΓΟΤΑϹΠΡΟϹΓΕΝΔΕΔΟΥ
ΕΛΕΥΘΕΡΑΠΟΛΛΟΥϹΑΘΗΝΑϹΠΑ
ΑΝΗΓΑΓΟΝΤ Α ΟΝΤΑϹΑΛ ΝΕΚΑ
ΚΑΙΩϹΤΟΥϹΑΝΑΓΚΑΙΗϹΥΠΟΧΡΕϹ
ϹΑΝΟΥΚΤΑΤ Κ ΝΙΕΝΤΑϹΩϹΑ
ΝΩΜΕΝΟΥϹΤ ϹΔΕΝΘΑΙ ΑΥΤΟΥΔΟΥΛ
ΕΧΟΝΤΑϹΗΘ ΔΕϹΠΟΤΩΝΤΡΟΜΕΥΜ
ΡΟΥϹΕΘΗΚΑΤΑΥ ΜΕΝΚΡ ΤΙ ΟΜΟΥ
ΚΗΝϹΥΝΑΡΜΟϹΑϹ ΞΑΚΑΙ ΔΙΗΛΘΟΝ
Μ ΜΟΝΔΡΜΟΙΩϹΤΩΚΑΚΩ
ΑΝΕΙϹΕΚΑϹΤΟΝ ΑΡ ΟϹΑϹΔΙΚΗΝΕ
ΔΑΛ ΟϹΩϹΕΓΩΛΑΒΩ
ΛΟΚΤΗΜΩΝΑ ΗΡΟΥΚΑΝΚΑ
ΤΑΡΗΘΕΛ ΝΑ ΝΑΝ
ΑΥΤ ΝΗ
ΑΝΔΡΩΝΗ


II a.


ΝΑΙΟΙC
ΗΜΑΡ
ΕΠ ΜΕΛΕ ΑΝΤ ΑCΠΡΟ
ΤΟ CΑΗΜΟΥCΑΝ ΩΝ
Η ΟΡΕΥCΕΔΕΤΩΝ
ΝΤΟΠΩΝΤΟΥCΑΑΠΟ
ΑΠΑΝΤΕCΥΠΗΡΧΟΝΕΝ
ΙΚΑΙΤΑCΦΡΑΤΡΙΑCΚΑΙ
ΕΚΑCΤΟΥCΚΑΤΑΤΑΠΑ
ΕΠΩΝΥΜΟΥCΕΚΤΩΝ
ΡΧΗΓΕΤΩΝC ΝΕΙΝ
ΝΔΕΓΕΝΟΜΕΝΩΝ Α
ΕΝΕΤΗΠΟΛ
ΟΛΩΝΟCΝΟ ΜΟC
ΑΤΟ ΜΗΧΡΑCΘΑΙ
ΑΙCΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ
ΝΟΡΚΟΝ
ΛΗCΕΝΑΤΗC
ΟΤΑ
Ν

Iᵇ.


ΟΧΟΝΤΑ
ΔΙΑΤΑΥΤΗΝ
ΛΦΝ
ΠΟΙ ΚΙΑΝΜΕΤΑ ΔΕΤΑΥΤΑΔΙΑΤΩΝ
ΔΑΜΑCΙΑCΑΙΡ ΘΕΙCΑΡΧΩΝΕΤΗΔΥΟ
ΕΩCΕΞΑΛΑCΘΗ ΙΑ ΤΗCΑΡΧΗCΕΤΑ
ΤΟ ΤΑCΙΑΖΕΙΝ ΟΝΤΑCΕΛΕCΘΑΙ
Α ΤΟ
ΑC ΜΕΝΕΥΠΑΤΡΙΔΩΝΤΡ CΑΠΟΙΚΩΝ ΔΥΟ
ΟΥΡΓΩΝ ΚΑΙΟΥΤΟΙΤΟΝΜΕΤΑΔΑΜΑCΙΑΝΗΡ
ΑΥΤΟΝ ΟΚΑΙΔΗΛΟΝΟΤΙΜΕΓΙCΤΗΝΔΥΝΑΜΙΝ
ΑΡΧΩΝΦΑΙΝΟΝΤΑΙΓΑΡΑ ΑCΙΑΖΟΝΤΕC
ΤΗ ΑΡΧΗCΟΛΩCΔΕΔΙΕΤΕΛΟΥΝΤΑΠΡΟC
ΟΤΑΥΝ ΑΡΧΗΝΚΑΙΠΡΟΦΑCΙΝΕΧΟΝΤΕCΤΗΝ
ΧΡΕΩΝΑΠΟΚΟΠΗΝCΥΝΕΒΕΒΗΚΕΙΓΑΡΑΥΤΟΙ ΓΕ
ΑΙΠΕΝΗCΙΝΟΙΔΕΤΗΠΟΛΙΤΕΙΑΔΥCΧΕΡΑΙΝΟΝΤΕC
ΜΕΓΑΛΗΝΓ ΟΝΕΝΑΙΜΕΤΑΒΟΛΗΝΕΝΙΟΙΜΕΝΔΙΑ
ΡΟCΑΛΛΗΛΟΥCΦΙΛΟΝΕΙΚΙΑΝΙCΑΝΔΙΑCΤΑCΙC
ΕΝΤΩΝΠΑΡΑΛΙΩΝΩΝΠΡΟCΤ ΚΕΙΜΕΓΑ
ΝΟCΟΥΤ ΕΔΟΚΟΥΝΜΑΛΙCΤΑΔΙΩΚΕΙΝ
ΠΟΝΗΡΟC
ΜΕΝΟCΑΧΡΕΑ
ΤΩΝ
ΤΟΙC
Φ
ΡΙ

IIᵃ.


ΝΑΙΟΙC
ΗΜΑΡ
ΠΜΕΛΕΑΝΤ CΠΡΟ
ΤΟ CΑΗΜΟΥCΑΝ ΩΝ
Η ΟΡΕΥCΕΔΕΤΩΝ
ΝΤΟΠΩΝΤΟΥCΑΑΠΟ
ΑΠΑΝΤΕCΥΠΗΡΧΟΝΕΝ
ΙΚΑΙΤΑCΦΡΑΤΡΙΑCΚΑΙ
ΕΚΑCΤΟΥCΚΑΤΑΤΑΠΑ
ΕΠΩΝΥΜΟΥCΕΚΤΩΝ
ΦΧΗΓΕΤΩΝC ΝΕΙΝ
ΝΔΕΓΕΝΟΜΕΝΩΝ Α
ΕΝΕΤΗΠΟΛ
ΟΛΩΝΟCΝΟ ΜΟC
ΑΤΟ ΜΗΧΡΑCΘΑΙ
ΑCΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ
ΝΟΡΚΟΝ
ΛΗCΕΝΑΤΗC
ΟΤΑ
Ν

Hugo Landwehr de vita sua.

Natus sum a. d. VII Kal. Sept. a. MDCCCLIX in oppido, quod Halberstat dicitur, patre Carolo, magistro scholae, quam frequentant filiae nobilium ordinum, matre Ludovica e gente Gerholdiana, quos adhuc vivere ex intimo animo laetor. Fidei addictus sum luthericae. Primis disciplinae rudimentis a patre imbutus, cum annum agerem undecimum, in Stephaneum gymnasium Halberstadense, quod tum Theodoro Schmidio floruit, intravi. Cuius scholae magistrorum auspiciis maturitate examine comprobata mense Apr. a. MDCCCLXXIX Lipsiam migravi, primum medicinae, deinde consilio mutato studiis historicis et philologicis operam daturus, unde post bis sex menses vere a. MDCCCLXXX academiam Jenensem adii. Tum ad studia ad finem perducenda Berolinum, litterarum artiumque in sedem celeberrimam, me contuli. Docuerunt me: G. Curtius, Gardthausen, Hermann, Hildebrand, Lipsius, Masius, Overbeck, Ribbeck, Voigt Lipsiae; Gelzer, Schmidt Jenae; Jo. Gust. Droysen, Jo. Droysen, Hübner, Kiepert, A. Kirchhoff, Müller, Paulsen, Robert, Schmoller, Steinthal, de Treitschke, Vahlen, Wagner, Wattenbach, Weizsäcker, Zeller Berolini. Exercitationibus interfui his: Lipsiae proseminario regio philologico, Jenae exercitationibus historicis Gelzeri, Berolini exercitationibus historicis Jo. Droyseni, Weizsäckeri, philologicis Vahleni, praeterea Jo. Gust. Droysenus ut societatis historicae, Hübnerus ut societatis philologicae sodalis essem

benigne permiserunt. Quibus viris illustrissimis ea quae decet observantia cum grates habeam maximas, tum Droysenorum patris filiique et Hübneri, quos insigni benignitate mihi nunquam non adfuisse laetabundus profiteor, nomina grata piaque memoria prosequi non desinam.

Sententiae controversae.

1. Onckenus (Staatslehre des Aristoteles II, 330 sqq.) de Lycurgo Lacedaemonio non recte iudicavit.

2. Stemmata regum Lacedaemoniorum fide digniora sunt, quam stemmata reliqua regum Graecorum, quae traduntur a chronographis.

3. Ctesias in Persicis non memoriae prodidit pugnam Plataeensem factam esse ante pugnam Salaminiam.

4. Apud Lucianum (Paras. cap. XXXVII) legendum est: *φιλοσόφους μὲν ἐπὶ παρασιτίᾳ σπουδάσαντας ἔδειξα.*

5. In Luciani Alexandri cap. XLIV codicum lectio non est mutanda, sed scribendum: *οἱ δυστυχεῖς ἐκεῖνοι οἰκέται αὐτοῦ οἰηθέντες ἢ ἐν τῷ Νείλῳ πλέοντα διεφθάρθαι τὸν νεανίσκον ἢ καὶ ὑπὸ λῃστῶν (πολλοὶ γὰρ ἦσαν) τότε ἀνῃρῆσθαι, ἐπανῆλθον ἀπαγγέλλοντες αὐτοῦ τὸν ἀφανισμόν.*

6. Divisionis Poloniae a. 1772 factae Fridericus II rex Borussiae auctor non fuit.

7. Wenceslaus rex placitum, quod Sept. 1379 erat Francoforti ad Moenum, non frequentavit.

8. Rhetra, quae legitur apud Plutarchum (vit. Lyc. VI), genuina est.